

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Commentarius In Regulas Juris Pontificii, Quæ In Libro Quinto, Et  
Sexto Decretalium Continentur

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

Regula LXXVII. Rationi convenit, ut succedat in onere, qui substituitur in  
honore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61853](#)

**Amplia 4.** Si prælatus in præjudicium ecclesiæ contractus init, post quam ab officio remotus est, non admittetur ad testimonium ferendum de istis contractibus, quatenus inde ecclesiæ obesser. *Bald. in l. 1. de feudis. c. Cum verdit. 1. Qui feudum dare poss. Calcanus Confil. 125.*

**III. Obj. 1.** In Conc. Africano relate in c. *Placuit de prescriptionibus*, permittitur alieno episcopo præscriptio loci ad catholicam unionem traducti, si cum repetere triennii spatio proprius episcopus neglexerit. **2.** Si episcopus per se, vel procuratorem suum instrumenta in judicio non exhibuerit, nocet hoc delictum ecclesiæ ipso jure, nec aliter, quam restitutione in integrum adjuvatur. *c. 2. de restit. in integr.* **3.** Si feudum ecclesiæ à Rege datum Prælatus suâ culpâ amittat, quamvis eo mortuo ad ecclesiam redeat, fructuum perceptione intermedio tempore careret.

**R.** Ad hæc & his similia, fieri omnino posse, ut minus quam optari, & sperari queat, proposit ecclesiæ, vel monasterio prælatus per omissionem, & negli-

gentiam. Cùm enim modi & occasiones lucrandi sint innumerabiles, non facile ullus reperitur, qui ira fixus ad telonum sedeat, quin unum alterum vécito cursu prætereuntem non animadverterat. Regula igitur de acquisitis, & domino positivo magis, quam lucri incremento sollicita est.

**Obj. 2.** In c. *Cum dilectis de virtutis cogn.* cum de castris spoliatione contra Abbatem de Ferentino nobiles quidam exceperint, præcepit audire probations illorum Pontificis, que si pro legitimis agnoscerentur, ad restitutionum abbatis cogeretur. Ecce dominum non modicum ex delicto Prælati.

Qui realienam privatur, nullo modo non privatur, sed ab iniqua possessione liberatur: nec dampnum sentire censetur, qui sua culpa patitur, *juxta Reg. 16. infra explicandam.* Deinde in calenti capitii factâ restitutione, liberum manebat monasterio, de jure suo, si quod in castrum habuit, experiri. *V. Sanch. in Tom. II. Moral. l. 2. c 14. Mol. Tract. 2. Disp. 465. Quaranta in summa. Bald. in l. 1. de feudis. c. 16. q. 2. Damasus in Reg. 32.*

## REGULA LXXVII.

*Rationi convenit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore.*

**I.** *Praeclarè Justinianus Imp. l. un. c. de iudicis tollen. §. 4.* Omnes personas, quibus lucrum per hunc ordinem defertur, eas etiam gravamen, quod ab initio fuerat complexum, omnino sen-

tire (convenit) sive in dando sit constitutum, sive in quibusdam faciendis, vel in modo, vel conditionis implendæ gratia, vel alia quacunque via excogitatum. *Neque enim ferendus est is, qui ha-*

gum quidem amplectitur, onus autem ei annexum continebitur. Ita Imperator.

II. Exemplum propriè dari posse dñus auctoritat in substituto hærede, quia hæreditas honor appellatur, ut *ff. de legatis praestandis. l. filiuu. §. si legata:* & propterera succedit in onere, scilicet legitorum, quæ relicta ab instituente vi- dentur legis potestate tacitè repetita à substituto, ut *ff de legatis. l. 1 liceat In pe- rator.* Quod in additione confirmatur auctoritate *S. Pauli. 2. Cor. 1. v. 7.* Sicut secū passionum estis, sic eritis & con solutionum. *S. Bern. in Cantua.* Obone Iesu, quot sunt super terram, qui tecum velini habitare in cœlo, sed pauci sunt, qui vellent tecum sociari in pœna, & labore?

Plura exempla *Auctor Gloss.* suppeditat, ut 1. de filio patroni hærede, qui succedit in honore jurispatronatus: ideo etiam in onere defendendi ecclesiam succedere debet *c. filii, ac nepotib. 16. q. 7.* 2. De prælato, qui succedit in honore, & simul in onere solvendi prædecessori debita pro ecclesiæ utilitate contra- dicitur. 3. De Iudice. Nam mor-

tuo qui substituitur, quod ipsum judicare oportebat, sequi debet. *c. quoniam Abbas. de off. deleg.* Et concordat ad hanc regulam *c. Rationis. Diff. 100.* Cum honoris augmento cura quoque sollicitudinis debet accrescere, ut cultui vestium actionis quoque ornamenta conveniant. Quam ob causam Antigoni celebratur opinio, qui, quantæ sint Principum curæ, à paucis cognosci, dixit: alioquin neminem fore, qui regium diadema humi projectum tolleret. *Sto- ba. serm. 46.* *V. Bald. Confil. 326. vol. 1. Ro- land. Confil. 1. n. 42. l. 2.* *Menoch. Confil. 1003. n. 64.* *Oldrad. Confil 94.* *Paul. Castr. in l fin C. de transact. Ign. in l. Donationes, quas. C de donat. inter vir. & uxor.* *Petra de potestate Principis in 2. Dubitat. Surd. decif. 326 n 5 Mol. disp 541.* *Barbos. in Præ- termis. c. Dilecti filii, de foro comp.* Denique huc referenda sunt, qua congessimus supra ad Regulam 55. Qui sentit onus, sentire debet commodum, & contra, ut propterera pluribus addendis non sit opus curam ac studium impen- dere.

## REGVLA LXXVIII.

*In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa.*

¶ Adem est *I. C. 122.* Qua propter ne- cessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi: ubi quanta sit ne- cessitatis licentia, & violentia, Decus multa, *Peckus* verò plura commiscens sacra profanis. Decus etiam dubitare videtur, an non mulieri ad depellen-

dam famem fornicatio permittenda sit, jactitando illud. necessitas non habet legem, sed ipsa legem facit. *c. Remissio- nem. l. q. 1.* & quod non est licetum lege, ne- cessitas facit licetum. *c. Quod non est. de Reg. Iur.*

Cc 3

Ve-